

continebat, quod inter eos, qui in communi vivunt, et alias predictae ac aliarum ei unitarum necnon parochialis sancti Jacobi dicti opidi, in cujus rectorem et personas pro tempore existentes, que ultra quinque non existunt, decanus dicte beate Marie etiam pro tempore existens etiam loci ordinarium preter casum negligentie excludendo jurisdictionem exercere  
 5 consuevit, ecclesiarum personas rixe et contentiones nonnunquam exoriuntur et contingit aliquando, quod alii in alios ex eis manus violentas imponunt existitque eis dispendiosum pro singulis manuum injectionibus hujusmodi ad episcopum Misnensem pro tempore existentem vel sedem apostolicam habere recursum ac posset propterea in ecclesiis ipsis interim divinus cultus minui. Quare pro parte decani et capituli predictorum nobis fuit  
 10 humiliter supplicatum, ut dicto decano pro tempore existenti singulos canonicos beate Marie ac illius et sancti Jacobi necnon aliarum unitarum ecclesiarum hujusmodi personas etiam in communion[e] viventes, in quas decanus ipse jurisdictionem habere dinoscitur, ab excommunicationis sententia, quam eorum singulos propter injectionem manuum in sese vel aliquem seu aliquos ex eis etiam usque ad sanguinis effusionem citra tamen mortem  
 15 vel membri mutilationem seu aliam enormem lesionem incurrere contigerit, absolvendi facultatem concedere aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. *Der Papst gestattet dem Decan die Absolution in den erwählten Fällen.* Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo, quinto idus septembris, pontificatus nostri anno sexto.

20

818.

Rom (sanct Peter), 1497 Nov. 7.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchie Freiberg K. 32. Die Bulle an Fäden von rother und gelber Seile.*

*Papst Alexander VI. genehmigt auf die Bitte des Decans und Capitels.* ut de cetero perpetuis futuris temporibus personas ecclesiasticas consilio vel litterarum scientia  
 25 pollentes pro viribus ipsius ecclesie conservandis etiam ultra numerum in ea institutum, videlicet tot, quot eis videbitur expedire, in canonicos ejusdem ecclesie, qui canonici supernumerarii appellantur ac quotidianas distributiones necnon vocem in capitulo et stallum in choro ac habitum per canonicos dicte ecclesie gestari solitum gestare et alia jura canonice prebendis canonicalibus duntaxat carituris habere possint et debeant, ita tamen quod ipsis  
 30 cedentibus vel decedentibus receptiones eorum in canonicos ac jura canonice hujusmodi cum eorum personis eo ipso extincta sint et propter hoc statuto in dicta ecclesia de certo canonicorum prebendatorum numero in aliquo non derogetur, ymmo eo firmo in suo robore remanente, libere et licite recipere valeant. — Datum Rome apud sanctum Petrum anno  
 — millesimo quadri[n]gentesimo nonagesimo septimo, septimo idus novembris, pontificatus  
 35 nostri anno sexto.